

qui sub umbra dormit in locis humentibus; qui negotium uentris et libidinis. sub colore actitat scitatis. Sicut enim facilius quosque simplices ab apostolica paupertate et euangelica puritate cogitat exterrendos: si maiorem uivine dulcedinis gratiam in remissiori uita se estimant affuturam. Plane hec est sapientia non de sursum descendens: sed proflus terrena. alii diabolica. Hec est prudentia carnis: non sapientia uerbi: que cum suauitate doceat carnis. crucem christi euacuare contendit: in qua perfecto quantum ad carnem. nichil est suaue: nichil molle. nichil tenerum: nichil omnino delicatum. Sed non illa euacuat. Illa potius hanc delicatam doctrinam editit: qua gelati sacris incliti membris expugnant: quam lancea illa dulcibus impressa uisceribus. acumine salutari debellat. Ego proflus consentio: audacterque pronuntio carnis afflictionem. si sana precedat intentio. et fuerit seruata discretio. quam tamen non propria coniectura. sed exemplis maioris capere oportet. ne forte remissio et dissolutio. sub colore se discretionis oppallient: sic inquam carnis afflictionem non spiritus contrariam sed necessariam: sed nec diuinam minuere consolationem. sed potius sentio puocare: adeo ut hec duo semper equari in hac dum taxat uita existime: exteriorem scilicet tribulationem. et intiore consolationem. Quid enim: forte deus huic diuitis et deliciis affluentis sue consolationis dulcedinem impertit. quam a pauperculo suo pro se cotidie morienti. rigida